

te exercitatus ipsa rerum natura, quid agendum sit, suggerit. Vbi verò etiam inueniendi viam ab alio quis traditam ceperit, huic facillimum est, peream ultra progreedi. Huius rei amplum testimonium fuerit, quod eiusmodi viri artem maximis operibus illustrarūt. Qui verò parum prudentes sunt, iij nihil præterea inueniunt, etiamsi tota vita infinitos artis effectus conspexerint. Plurima namq; inueniuntur hodie quoque, quæ apud maiores nostros non fuere inuenita: veluti nunc Romę quidam excogitauit, quemadmodum acrochordonas & myrmecias ore sanet. Hęc Galenus.

Vt autem clariùs appareat vis & veritas mutui cōsensus, cùm quæ in vno tertio conueniunt, inter se quoq; non discrepent: quantumuis omnia, quæcunque totum hoc vniuersum adimplent, simplicium remediorum loco haberi possint, suadet tamen legem Mesues, vt *In Canon.* ea medicamenta vitentur, quæ nec arte, *vniuersal.* nec alia ratione fieri meliora queant. Eam cùm vtriq; pleno assensu ratam firmamq; comprobent, etiam iij, qui metallorum nonnullorum vim malignam per-